



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 111. Ludovicus XI. mortis terrore fractus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Britannia in Franciam transirent, simul- Sæcul XV.  
que Ludovicum XI. ad amicitiam cum no- A.C. 1483.  
vo eorum Rege ineundam sollicitarent. Ve-  
rum illos Rex hic nequidem audire susti-  
nuit, professus, se quodcunque commercium  
cum usurpatore, qui manus suas innocen-  
tum Nepotum sanguine polluere non hor-  
ruisset, summopere detestari. Sane di-  
gna Regis vix non jamjam emorientis  
verba: exiguo enim post tempore Ludo-  
vicus fatis eruptus Filio suo Sceptrum re-  
liquit.

## §. CX.

*Glocestriæ Dux Rex Angliæ  
coronatus.*

Interea Richardus Glocestriæ Dux una-  
cum Anna de Nevila Conjuge sua Angliæ regni coronam ritu solemni accepit,  
Filiumque suum, quem unicum habebat  
decem annos natum, Walliæ Prin-  
cipem declaravit, qui tamen hanc multo  
post superstes morte sua Richemundio  
Comiti viam stravit, ut occupato Angliæ  
folio, Lancastriæ Domus hæreditatem  
sub nomine Hearic. VII. denuo recuperaret.

## §. CXI.

*Ludovicus XI. mortis terrore fractus.*

Non absque voluptate ex Historicorum  
fastis percipiuntur ea, quæ Ludovicus  
K. 2 ex-

Sæcul. XV. extremis Regni sui mensibus mortis te  
A.C. 1483. rore, ac diminuendæ auctoritatis suæ me  
tu stimulatus egerat: Jam enim juniores  
puellæ, ut choreas ante palatium em  
ducerent, jam tibicinum turbæ, quibus  
gis animum lusibus suis recrearent, o  
ni ex parte convocantur, nec segni  
solemnes per totum Regnum supplicati  
nes pro recuperanda Regis salute de  
nuntur, publicæ ad Deum preces effi  
duntur ad avertendum Aquilonem et  
valetudini summe infestum; undique  
omni Regione sacræ Sanctorum ab  
runtur Reliquiæ, quarum plurimi  
Sixtus IV. Ludovico Roma submisit; a  
hibentur balnea ex infantum sanguine  
ad mitigandam mordacum humorum  
crimoniam inventa; nec tamen cum  
hæc remedia tanto studio quæsita pro  
gationem vitæ efficere poterant.

Sub idem tempus Sultanus Bajau  
thes II. missa solemnni Legatione, qu  
jamjam Masiliam (\*) pervenerat, Lu  
dovico pollicitus est, se non solum co  
nes S. Reliquias, capta Constantinopoli  
inventas, Regi missurum, sed etiam quod  
annis Gallis ingentem admodum aurum  
numeraturum, ea duntaxat lege, ut Z  
imsum Principem fratrem ejus a Rodi  
Eq.

(\*) Comminæus in sua historia lib. 6. cap.  
29. habet. Regium in Provincia.

Equitibus abstractum apud se captum de- Sæcul. XV.  
tinerent. Attamen Ludovicus hosce Le- A.C. 1483.  
gatos audire adeo dignabatur, ut eos  
quantocius Massiliam reverti juberet, in-  
dignum Christianissimo Rege esse denun-  
tiants, cum jurato Christiani nominis hoste  
amicitiam habere. Præterea Commi-  
næus testatur, sacram etiam ampullam,  
quæ hucusque nunquam transferri con-  
sueverat, Plessiacum prope Turones Rhei-  
mis ad Regem delatam fuisse.

## §. CXII.

*Rex in castro Plessiaci sponte inclusus.*

Insuper Castrum Plessiaci ferreis cancel- Com. l. 6.  
lis, clatrisque densissimis circumcin- c. 7. § 12.  
gi, & moenia portamque sudibus ex fer- Mezer. Synt.  
ro, ac frequenti aculeo horridis sepiri chron. tom. 3.  
jussit, quadraginta etiam ballistarii ad fos- Vit. Lud.  
fas noctu excubias agere compellebantur: XI.  
De die vero quadringenti satellites alter-  
no ordine castrum circumibant, non-  
nisi paucissimis aditum concedentes. Ipse  
vero Ludovicus ex suis domesticis dunta-  
xat illos, quos minoris habebat, alloquii  
gratia dignabatur, eis tamen severè pro-  
hibebat, ne de aliis negotiis, quam quæ  
auctoritatis suæ, regnique conservatio-  
nem respicerent, sermones miscerent; in  
hos quoque summe liberalis erat, præcipue  
vero in Medicum nomine Joannem Co-

K 3

Cterium